

sibi dissimile accesserint, commutata natura  
in factionem vitiorum abeunt, ac veluti vilis  
simi transfugæ fractis pudoris atque mode/  
stie claustris omnia per summum nefas per/  
turbant. Nam Pompiliorū & Catonum exē  
pla nō facile reperias. In vniuersum id dixe/  
rim: ex bonis plarumque deteriores, ex ma/  
lis vero nisi mali non procreantur, vt Therfi  
tē Codrus interdū generet, Codrus a Therfi  
te nunquam generetur: peruulgatum est ma/  
li corui malum ouum, & hiacinthum e squil/  
la nequaquam prouenire. CÆS. Ita est vt di/  
cis Sylla, agnosco aliquot virtutis tuę ru/  
dimenta, nunc etiam aspicere Marij errorem  
incipio: cui non est amplius in animo patrocini  
nari nec enim fas est malefacta cuiusquā de  
fendere, vbi rationem repugnare cōstiterit.  
SyL. Sero Cęsar incipis oculos aperire, & qua/  
si de longissimo somno expergisci. CÆS. At  
ego non intempestiuum puto quoties emen  
dare atque in melius vertere licet. SyL. Nul  
lus neque locus neque tempus, neque rerū  
status prohibet immutare voluntatem: cate  
rum quo pacto cædes rapinas iniurias bono  
rum reipublicęque ac pene orbis terrarū ve/  
xationes apud inferos, vbi cum cęta geruntur  
alieno imperio, corriges: irrita sunt vota nec